



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Holocaustum pro Hominibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XXVI.

CHRISTVS AGNVS
VVLNERATVS.*Holocaustum pro Hominibus.*

Quamuis tota Christi vita fuerit continuum sacrificium & holocaustum, iuxta dictum S. Augustini. *Omne opus bonum ad Deum relatum dici potest sacrificium.* Nihilominus, in rigore loquendo, solum in

altari Crucis obtulit proprium sacrificium suum. Christus ipsemet dixit: *Pro eis sacrificio me ipsum, Ioan. 17.* id est, sacrificio, ut SS. Patres & Doctores explicant: quia in Cruce accepit vulnera lethalia, ad ipsius mortem propitiata, quod necessarium est ad verum & proprium sacrificium, maxime, quod habet rationem holocausti.

Ad hoc sacrificium concurrit non solum per modum acceptationis, acceptando voluntarie mortem, ut etiam Martyres ad sua concurrunt Martyria; verum etiam per modum oblationis: cum enim in Cruce penderet, poterat vel amoliri carnifices, vel instrumentis mortis vim occidendi adimere, vel se in vita conseruare; quod Martyribus non fuit concessum, atque ob id ipsorum martirium non erat propterea & in rigore Sacrificium. Adde, quod ipsorum mors non erat ad salutem Mundi à Deo oblatam, ut illa Christi fuit.

Considera, quomodo Christus vulnerum interuentu seipsum obtulerit in sacrificium, & pro nobis, in quantum erat satisfactorium pro peccatis; & pro se, in quantum erat satisfactorium pro collatis beneficiis: & pro tota Humanitate, in quantum erat latriacum: Deo namque debitum offerebat solum.